

DEO OPTIMO MAXIMO.

HAS J. C. THESES PRO ADIPISCENDA IN EADEM FACULTATE SUPREMA D. LAUREA D. EUSEBIUS A BARDAXI DE AZARA, ET BARRAU. J. C. B.

D. O. C.

Ex Leg. Quædam, II. Tit. VIII. Lib. I. ff. de Rerum divis.

LIcet earum rerum, quæ nullius sunt, jure gentium adquirendarum ratio præter apprehensionem nihil desideraret, quæ tamen traditionem requirunt, quia nemo eo animo est, ut velit rem suam in alium transferre sine causa, inde ex voluntate domini traditas esse oportet, & cum in ceteris juris gentium acquisitionibus causa sive titulus, & modus adquirendi idem sint, ea in hac specie rerum perpetuo distinguntur. Quid sit modus adquirendi, quid titulus, & quid jure Hispanico procedat, cum in palæstra faciemus satis.

Ex Leg. Locatio, II. Tit. XIX. Lib. I. ff. Locat. Conduct.

EOrum contractuum, qui solo consensu perficiuntur species nobilissima est locatio conductio, est enim ipsa cum pro usu rei, aut opera nostra datur, aut cum de his mutuo præstandis convenit; cum ergo rei usus, vel operæ, pro certa mercere præstentur, magna inter emptionem, venditionem, & hunc contractum similitudo intercedit; adeoque tria ad ejus quoque substantiam pertinent, consensus nempe, rei usus, vel operarum, & merces: hinc locare conducere possunt omnes qui cumque consentire, & de re sua disponere: res fere omnes locari possunt, quæ vendimobiles, sive immobiles, operæ quæcumque honestæ, & locari solitæ mercede constituta. Oritur ex hoc contractu duplex actio, una ex locato, quæ locatori, altera ex conductori, quæ conductori datur: utramque ad universalem non vero singularem successorem transire propugnamus.

Ex Leg. Qui unic. Tit. LX. Lib. IV. C. de Nund. & Merc.

CUm finis Nundinarum præcipuus sit utilitas Societatis, consulitur facilius data eis securitate, immunitate, & relevatis aliquando ab oneribus vectigalium mercatoribus; duo potissimum constituta invenimus his duabus conclusionibus expressa. Primum: Jus Nundinarum non nisi à Principe debet obtineri. Alterum: Ut mercatores, qui sese ad Nundinas negotiandi causa conferunt, nec convenient, nec convenientur privati anterioris debiti nomine, excepto eo quod in Nundinis solvere tenentur.

PROPUGNABIT, QUI SUPRA IN MAXIMO THEATRO CÆSAR-
Augustanæ Academiæ. Die Mensis Junii Anno MDCCCLXXXIX.
Hora matut. & post merid.

PATRONO D. JOSEPHO MARIA DE AZARA, JUR. UTR. DOCTORE,
& Sexti Decret. Cathed. Moderatore.

Cesar-Augustæ: SUPERIORUM PERMISSU; Excudebat VIDUA FRANCISCI MORENO, Universitatis Typographi.